quem hymnum à Diuo Ambrosio fuisse compositum testatur Augustinus, ita Hieron. in epistola ad Marcellam aduersus Montanum, & libro primo, contra Iouinianum; ita auctor commentariorum in epistolâ D. Pauli, qui uulgo Ambrosio tribuntur, ad Galat. 2. ita Leo sermo. 2. de Petro, & Paulo, & in epistola ad Episcopum Viennensem, & in epistola ad Germanicum, ita totum Calcedonense Concilium; ita Iuuenius, ita Pielus apud Theodoretum libro tertio, in Cantica; ita denique illi ipsi auctores senserunt, qui contra sensisse perhibentur. Nam idem Hilarius eodem libro 6. de trinitate, ubi dicit Christum super fidem Petri Ecclesiam edificasse, his uerbis scribit, & post sacramenti confessionem Beatus Simon edificatio Ecclesie subiacens, & clauis regni celestis accipiens. Et in commentariis in Psalm. 131. Tanta, inquit, ex religio sua pro bimani generis salute patiendi, ut Petrum primum Dei confessorum Ecclesie fundamentum, celestem regni tantorem, & in terreno iudicio iudicem celi Satana conuictum non superet, & canone 16. in Mattheum. O in uincupatione noui nominis felix Ecclesie fundamentum, dignaque edificatio illius petra, qua infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissoluet, & Chryso. homilia secunda, in Psalm. 50. audi denique, quid Petro dixerit Christus columna, & fundamentum fidei, qui obrabit confessionis uocatus est Petrus dicente Domino, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & Cyrillus libro 2. in Ioann. capite 12. tu es Simon filius Ionan, tu uocaberis Cephas, uocabulo ipso commode significas, quod in eo tanquam in petra lapideque firmissimo suam esset edificaturus Ecclesiam, & Augustinus sermo. 49. de uerbis Domini secundum Ioannem, dicit, inquit, Petrus in quo uero format Ecclesiam, Petre amas me, & lib. 1. retræctationum cap. 21. aliorum auctorum, qui Ecclesiam super Petrum fundatam dixerant sententiam non improbat. Ex quo apparet hos auctores, qui fuser hanc petram, id est, super hanc fidem exponendum esse dixerunt, aliter quam heretici intelligunt, interpretandos esse. Commodissima autem interpretatio mihi uidetur, si dicamus eos dicere uoluisse super fidem, & confessionem Petri Ecclesiam edi-

ficatam, id est, super Petrum propter fidem, & confessionem, que madmodum & omnes alii senserunt auctores. Huiusmodi enim phrasibus uulgo etiam utimur, ut dicamus in unius hominis fide fundatam esse Rempub. id est, in uo homine propter ipsius fidem. Quemadmodum A. Ambrosius in lib. de Resurrectionis fide dixit super aquas non Petri corpus, sed fidem ambulasse; quia non corpus sed fides esse cit, ut super aquas ambularet. Certe ex ipsorum uerbis manifestum est eos, quod nunc heretici negant, negare noluisse Petrum esse fundamentum Ecclesie. Dicit aliquis, si omnes alii non solum Apostoli, sed etiam Prophetæ, ut ait D. Paulus, fundamentum Ecclesie sunt, quid his uerbis singulariter Petro concessum est, tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam? Respondeo: hoc illi concessum esse, ut inter omnes Prophetas, & Apostolos primum post Christum Ecclesie fundamentum sit, & locum illius absentes teneat. Nam his uerbis aliquid nisi Petro singulariter concessum esse fatiis à nobis supra probatum est. Cum autem alii etiam fundamenti sint, nihil aliud concedi potuit, quam ut secundum post Christum fundamentum lapis esset, & eo modo, quo Christus, id est, ita, ut in eo non una tantum pars, sed tota Ecclesia niteretur. Hoc inter est, quod Christus sua, Petrus Christi uirtute fundamentum est; & Christus nullo alio, Petrus uero alio, id est, Christo niteretur fundamento.

Ecclesiam meam, Ecclesiam Christum suam uocat in dicens se Deum esse, & dominum Ecclesie, ueritate Theophylactus annotauit.

Hoc ipsa petra Ecclesia Canente culpam diluit, Per portas inferi omnem diaboli potentiam significari dubium non est, illud uero dubium quare per portas potentia significatur, & quare non proprio nomine potentiam, sed metaphorice portas Christi appellauerit, uerum que facile coniciuntur. Loquebatur de Ecclesia tanquam de ciuitate aliqua Christi. Soler autem mentis uisum para uerbum esse porte, ut Psalm. 147. 13. Quoniam confortauit portas portuum tuarum, benedixit filius tuus in te; & quia uires plerumque per portas expugnari consueuerunt, ut Genes. 22. 17. & 24. 60. & possidebit senem tuum portas inimicorum tuorum, id est, hostium tuorum uires expugnabit, & Iudicium, 8. mona bella elegit dominus, & portas hostium ipse subuertit, & 3. Reg. 6. 37. si affixerit enim inimicus eius portas obsidens, propterea ergo diaboli potentiam, non potentiam, sed portas inferi appellauit. At cur inferi dixit, & non potius diaboli, qui Ecclesie hostis est, sicut Moyses dixit, possidebit senem tuum portas inimicorum tuorum? Id etiam facile, quia sicut de Ecclesia, ita etiam de inferno ubi diabolus dominatur, tanquam de urbe aliqua loquitur, sicut Psal. 106. 16. Qui contriuit portas eius, & uictis seruis confregit. Hæc enim diæ illæ sunt ciuitates, altera Dei, diaboli altera, & quibus August. suos scripsit libros.

Non praualebant, id est, non uincunt, aut non separabunt. Quorum uerborum sensus non uidetur mihi esse, quem omnes, præter Hilarium, quos legitis memini, auctores putant. Omnes enim exultant sensum esse fore, ut diaboli potentia Ecclesiam quidem exerceat, nunquam uero uincat, nisi quam opprimat. Quæ sententia, etsi uera est, tamen est parua, & locum ac uerba Christi non implet. Marius enim quiddam uidetur Christus significare uoluisse. Nec enim uolent porta uincere, id est, resistere; itaque non potuit offendere, sed defendendi uis per portas significari. Senus igitur, nisi fallor, est fore, ut Ecclesia super Petrum fundatam dixerant omnem diaboli potentiam expugnet ita ut nulla arte, nullis uiribus possit resistere. Hoc enim uelociter Marius est, & uerbis magis consentaneum: portas enim inferi non præualent, & uertus Ecclesie, hæbraica phras est, הַבְּלַי לַיְהוָה non poterunt aduersus illum, id est, non poterunt illi resistere. Hunc sensum Hilarius secun-

Quid per portas inferi significatur.

Per clauis & potestatem ligandi & soluendi conuenienter.

lum securum apparet, que (Ecclesia scilicet) infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissoluet. Veteres auctores per portas inferi, id est, diaboli potentiam, alii hæreticos, ut Epiphanius in Anchorato; alii uicia, ut Ambrosius in libro de bono mortis cap. 12. & in commentariis in cap. 9. Luca; alii uerumque, ut Origenes tractatu in Mattheum Hieronymus, & Beza; alii blasphemias hereticorum, & eorum aduersus Ecclesiam persecutiones, ut Euthymius; alii omnes Ecclesie persecutiones, ut Theophylactus intelligunt. Præstat non restringere sententiam, sed generaliter omnem diaboli potentiam interpretari.

Aduersus illam, I. Origenes tractatu in Mattheum & Chry. solum hom. 55. putant relaxatum uel ad petram, uel ad Ecclesiam referri posse; sed non dubito, quin ad Ecclesiam referatur, quod & fidem auctores probabilius, & alii omnes uerum putant: quæquam propterea significat Christus portas inferi aduersus Ecclesiam non præualituras, quia supra petra edificata est, sicut sup. 7. 24. 25. dixit Omnis, qui audit uerba hæc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui edificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & fluxerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Nisi quod illud significatur domum illam pluuia, sicut nimibus, & uentis resistisse, hic uero Ecclesiam non solum inferno resisturam, sed illam etiam expugnatam esse, quia super firmam petram fundata est. Agitur enim de Ecclesia, & inferno, & quam de duabus, ut iam monuimus, uiribus, aut arcibus inter se uicinis, atque pugnantibus; quarum, quæ melius fundata est, atque munita, alteram expugnat.

19. Et tibi dabo clauis, Clauis per metaphoram appellatur potestas aperendi, & arce claudendi regni celorum, ut Luca 11. 52. ubi uerba legisseris, qui tultis clauem sententie, & non introitis, & eos qui introibant, prohibitis. Quam potestatem alia statim metapora ligandi, atque soluendi declarat. In quo autem hæc potestatis consistat, de eo inter nos, & nouos hæreticos Lutheranos, & Caluimillas hoc tempore disputatur. Illi enim non alia ratione homines celum aperire, ligare, & soluere; peccata aut remittere, aut retinere putant, quam docendo, aut remissam esse, aut fore, ut si quis Euangelio crediderit, illi remittatur. Noua, inaudita, & proripis ab iudæa sententia. Iste enim modo nihil aliud Christus Petro concessit clauibus regni celorum dedit, quam quod ante illum Scribæ, & Pharisei etiam habebant, capite uigesimo tertio, secundo. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei: omnia ergo, quæcumque dixerint uobis, seruate & facite, & Luca 11. 52. Vt uobis, qui tultis clauem sententie, & non introitis, & eos qui introibant, non solum possit, quam Scribæ, & Phariseis; sed plus etiam, quam ceteris Apostolis Petro dare uoluisset: aliquid ergo per clauis potestatem supra docendi potestatem significatur. Præterea docendi potestatem non solum Christus Apostolis, sed Septuaginta etiam duobus discipulis dedit capite decimo, Luca uersiculo primo, claus autem, & ligandi, atque soluendi potestatem solum Apostolis: non ergo eadem est clauis, ligandi, soluendi, quæ docendi potestatis, præterea docendi potestatem iam Christus Apostolis dederat ca. 10. 7. Clauis autem, & ligandi, soluendi que potestatem non dederat, non est igitur eadem. Nam quod Caluinus dicit illi loco non deditur Christum Apostolis generalem uiribus, sed specialem ad tempus in solis Iudæorum uiribus docendi potestatem; & falsum est, & si uerum esset, nihil efficeret. Iam enim eo loco probauimus generalem docendi facultatem etiam tunc Apostolis fuisse concessam, sed uisum ad tempus fuisse restrictam, ne in uiam gentium abirent, qui non comeniebat prius gentibus Euangelium, quam Iudæis quibus promissum fuerat prædicari. Et uiribus specialem tantum potestatem illis datam fuisse, quid ad præsen-

tem quæstionem? Certe si id est docere, atque remittere peccata, ubiqueque, & quandocumque docere poterant, poterant & peccata remittere: at uideamus potestatem illis docendi tantam datam fuisse, potestatem uero remittendi peccata datam non fuisse: distincta igitur potestas est. Videmus etiam hoc loco; ubi claus conceduntur, & ligandi; atque soluendi peccata facultas datur, nullam de docendo mentionem fieri: contra uero capite uigesimo octauo, decimo nono, & Marci decimo sexto, decimo quinto, ubi uidentur Apostoli omni creaturæ Euangelium prædicare, nullam mentionem de clauibus, nullam de ligando, & soluendo factam esse. Nam, quod Ioannes ait capite uigesimo, uigesimo secundo, uigesimo tertio, Christum cum Apostolis mitteret, dixisse, Accipite spiritum sanctum, quorum remissio peccata, remittuntur eis, est sub idem dictum est tempus, non tanquam idem dictum est: propterea enim, ut alia multa, Ioannes, tanquam ab alia prætermissa Euangelii commemorat. Illud etiam non minimum est argumentum, quod potestatem remittendi peccata alia Christi ceremonia, quam docendi potestatem Apostolis deditur. Nam cum potestatem peccata remittendi dedit, dicitur in Apostolos infuisse, dixisseque, Accipite spiritum sanctum. Cum autem docendi facultatem dedit, neque infuisse, neque spiritum sanctum deditur dicitur: dicitur igitur docendi, atque peccata remittendi potestatis est. Ad hæc, si non aliter homines hominibus peccata remittunt, quocumque alium doceret, eam si mulier sit, peccata remittet, quod & inauditum & absurdissimum est. Præterea si docere est soluere, id est, peccata remittere, itaque omnes homines, qui non docent, ligandi, id est, peccata retinendi potestatem habent. Quo quod absurdum? Præterea, si docere esset soluere, & non docere ligare, non deditur Christus Apostolis ligandi potestatem, cum eos uisus docere omnem creaturam, id est, si solum sententia uera est, omnes homines soluere, nuncinem ligare. Quorsum igitur ligandi potestas, si nemo ligandus erat: sequitur etiam ex illorum sententia Christi falsam esse sententiam. Nam si soluere est docere, non quæcumque Apostoli soluerunt super terram, soluta fuerunt & in celo; quod enim homines bene docuerunt, quibus non credituribus peccata in celo soluta non sunt? Immo quo etiam crediderunt, & bene docti, beneque credentes damnati sunt? Scio aliam esse istorum hæresim, neminem bene credentem damnari posse: sed illud non firmum alio loco de bellabimus. Dedit quos in scriptura legatos fuisse legitimus, nec docendo, nec non docendo ligati sunt. Ligauit Paulus Corinthios illum 1. Cor. 5. Ligauit hæreticos illos, 1. Tim. 1. 20. non docendo, sed Satanæ tradendo, cum bene ante docuisset, sicut nunc ipsos hæreticos, quibusdam dicitur, Ecclesia Catholica excommunicando, id est, Satanæ tradendo ligat. Exempla uero ligandi, quæ Caluinus proponit, rursus mihi legenti mouerunt Paulus inquit, & Barnabas Iudæos ligauerunt Actuum 13. 46. cum dixerunt, uobis oportet ad primum uelociter uerbum Dei, sed quia repellitis illud, & uulgus uos inducatis eterna uita, ecce conuertimur ad gentes. Et Act. 18. 6. cum predicante D. Paulo Iudæi, qui Corinthi erant, credere noluerunt, contradi. entibus, inquit, us & blasphemantibus excutiens ueritatem sua dixit ad eos, sanguis uester super caput uestrum, mundum ego ex hoc ad gentes uolo. Quis enim non rideat iniquas hæreticæ D. Paulus excutiendo ueltem hominem in eos, qui se non receperunt, puluerem etiam pedum suorum excutere, ex Caluini sententia ligandi illis dedit potestatem. Si aliud argumentum non esse, sua iste error nouitate refelleretur. Cui enim antequam infusa ueritate, aut potius hæretici herent, uenerat in men-

Exempla Caluini dicitur.

in men-

in mentem? Erunt Nouatiani heretici istorum similes, qui clauum potestatem Ecclesie non datam negant; sed ad certorum tantum peccatorum remissionem restringunt; argumentantur, vt ait Ambrosius libro de penitentia capite secundo, non posse hominem peccata remittere: sed tam subtile non fuerunt, vt istam Caluinistarum rationem, qua non Apostoli tantum; sed omnes etiam milites in religione me diocriter inuicem facile peccata remittant, excogitent. Quomodo senserint omnes, qui post Christum fuerunt, Catholici auctores peccata per claus Ecclesie remitti prolatis eorum testimonis explicandum esset, si quis eorum aliter quam per penitentiam sacramentum id fieri dixisset; sed vbi in eis contradietio, opus non est testibus. Verba tantum Tertulliani lib. de penitentia ponam; *Presbyteri aduolui & cari Dei aduocati omnibus fratrum legatione deprecationis sue intringere; huiusmodi exomologesi vt penitentiam committentes, de veniendi timore dominum honore, vt in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporalis afflictione aeterna supplicia non dicam frustrare, sed exponat. hac ratio ne, non deo peccata remittantur. Ponam & Cyprianum in sermone de lapsis; *Constituantur singulis quisque fratres, delictum suum, dum adhibet, qui deliquit in seculo est, dum admittit eius confessio potestatem latet factio & remissio facta per sacerdotes apud hominem gratia est; & alio loco reprehendens eos, qui cum publica peccata commisit, confessi non erant. Quibus inquit, & si dem lapsos & timore meliores sunt, qui quatuor nudo lapsos, aut libelli sceleris confitebantur, non iam erant de hoc vel cogitanti, hoc ipse apud sacerdotes dolentes, & simplicitate consistunt. Itaque confessione & penitentia, non doctina, peccata remittuntur. Haec vnus est haereticorum de hoc loco error refutatus. Secundus est, quod negant aliquid hic verbis Petro datum esse, quod negant aliquid hic verbis Apostolis datum sit; id nunc refutandum est, non de illis disputando verbis super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, de quibus satis supra disputauimus, probauimusque hoc singulariter fuisse Petro concessum, vt Ecclesia super illum adificaretur. De his verbis nunc agimus tibi dabo claus regni caelorum. Qui habeo vna est contra haereticorum, & non nullorum Catholicorum opinionem Ecclesie principatum Petro datum esse contendit, non quod Catholici illi datum negent; sed quod non hic, sed illis praecedentibus verbis super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, datum putent; claus veto non singulariter Petro, sed omnibus communiter Apostolis fuisse collatas. Ego vero, vt iam diu in Theologiae scholis docuisse memini, verisque verbis eundem in arbitror Ecclesie principatum Petro fuisse concessum. Primum enim hoc phrasia significat. Solent enim domos, aut vrbes claus penes eum esse, qui in domo, vel ciuitate princeps est. Ita per claus in scriptura principatus significatur, vt apud Isaiam capite 22. *Et dabo claus domus David super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat, id est, supremam illi in regno David potestatem dabo. Super humerum autem dixit, cum claus non super humerum, sed in zona gestari soleant, dicit, vt saepe in scriptura fieri solet, confundens metaphoras idem significantes; alteram clauum, alteram sepepi, quarum vtraque summum declarat imperium: quia ergo scriptum super humerum gestari solet, dixit, dabo claus domus David super humerum eius positurum, sicut apud eundem Isaiam capite nono, *Et dabo claus domus David super humerum eius. Eodem sensu dicitur Christus Apocalyp. primo, decimo octauo, habere claus mortis & inferni, id est, dominus esse vite & mortis, & capite tertio, septimo, habere claus David, qui aperiat, & nemo claudat, qui claudat, & nemo aperiat. Hoc igitur sensu claus Petro datum fuit, id est, suprema secundum Christum in Ecclesia potestas, vt claudat,****

In eodem sermone paulo supra

Per claus principatus Petri in scriptura significatur.

Petro soli suprema dicitur potestas.

A & nemo aperiat; aperiat, & nemo claudat id est, qui vtoluerit, nemo ligare; & si ligauerit, nemo soluet potest. Vnde potestas Romani Pontificis ad referendos, quos vocant, claus efficacissime probatur. Id enim inde colligo, quod sol Petro hoc loco dicitur *tibi dabo claus regni caelorum, & ita dicitur, tanquam alius danda non essent, qui solus responderet. Tu es filius Dei viui, sicut soli dicitur est, super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Diuersi enim metaphoricis altera fundamenti, altera clauum vnus idemque principatus significatur, & vna alterius explicatio est. No nego ceteros Apostolos suas etiam claus, id est, ligandi, soluendique potestatem habuisse, quemadmodum omnes veteres auctores docent, dicentes, claus omnibus datus fuisse; sed nego has, de quibus hic agitur, claus habuisse, & nego cas, quos habuerant, qualique omnes semper Catholici vere quidem, sed abo tamen sensu claus appellari in facris vltimum literis claus vocari. Firmisimum etiam est argumentum, quod cum Christus Isai A. potestatem infra capite decimo octauo, decimo octauo decimo octauo, & Ioannis 20. 23. ligandi, soluendique potestatem dedit, nullam de clausibus mentionem fecit. Solus ergo Petrus eas claus habuit, quibus ita aperire, vt nemo clauderet, & ita clauderet, vt nemo aperiret; sicut in domo etiam adit omnes, aut multi fuis habeant, claus solus tamen dominus & domi omnes, & secretus habet, quibus cum volit, ita claudat, vt nemo aperiret, no aperit, vt nemo, nisi claudere Nouatius hoc ipsum Origenes tractat in Mathiam. Sed vt iam, sed vt iam, que sententiam nunc libelli erubescendo perdidit. Atque in plus Petro, quam ceteris Apostolis concessum fuisse hoc bene probat, quia ceteris Apostolis dicitur est, *quocumque solueris super terram, erit solutum, & in caelis, est vnde omnes auctores praeter Origenes in eadem fuisse sententia: sed eo sensu, quo super solum Petrum Ecclesia adificata est, quo soli datus sunt claus, vita ligat, vt nemo soluet; ita soluet, vt nemo ligare possit. Quod isdem argumentum probat potest, quibus supra probauimus Ecclesiam super Petrum adificatam, solique claus, id est, Ecclesie principatum datum esse. Queri autem solet in quo ligandi & soluendi potestas ista sit. D. Thomas in commentariis tres de ea re errores vitandos esse monet. Primus est eorum, qui arroganter pro suo arbitrio ligare, aut soluet, & quicquid iure, vel iniuria fecerint, ratum in caelo futurum esse. Et vero si quis in sola verba animum figat, id videbuntur pra se ferre, quod vnusque, inquit, ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quod vnusque solueris super terram, erit solutum & in caelis. At non ita est. Tantum enim voluit Christus Petro imprimis, deinde ceteris Apostolis vices suas in terris dare, vt facerent, quod ipse, si in terris esset, facturus erat, & eodem modo, quo facturus erat, vt ligandos ligarent, soluendos soluerent. Hoc tantum excepto, quod Christus propria, Apostoli alicui, id est, Christi virtute ligaturi erant, aut soluturi. Ex eo ergo ipso, quod suas illis vices tradidit, intelligit debere eos, non pro ipsorum, sed pro suo ipsius iudicio vel soluet, vel ligare; ita vt, quemadmodum recte Cyprianus ait, iudicatio Christi nemo praerudiet. Hoc est, quod Theologi dicunt, claus non errant. Secundus error est, ligare aut soluet, nisi alius eide, quam homines aut iam a Deo ligatos, aut iam solutos dequere, sicut in veteri legato sacerdotis leprosus neque faciebant, neque curabant; sed aut vere leprosus aut vere a lepra curatos declarabant, quemadmodum videtur hoc loco Hieronymus docere, ex quo nonnulli Theologi eandem hauserunt opinionem, vt Rabanus, quem D. Thomas citat, & quidam de schola posterioris, quod**

Primum enim non potest esse potestas ligandi.

Primum enim non potest esse potestas ligandi.

In quo ligandi potestas sit.

Epist. et. ad Antonianum

Romani Pontificis Petri successores.

Sup. 21.

In quo ligandi potestas sit.

quod negant Romanum Pontificem esse Petri successorem; nec enim au: Petrum vnquam Romae fuisse, aut, si fuisset, propterea colligi posse quicumque Romanus sit Pontifex, eius esse continuo successorem. Hunc errorem, qui locus proprius non est, non hic alter refutauimus, quam vt iubeamus illos contra totum terrarum orbem pugnare. Nemo enim ante illos neque Catholicus, neque haereticus auctor fuit, qui non affirmauerit & Petrus Romanus mortuum, & Romanos Pontifices eius successores esse. Pugnabit ergo, vt ait sapiens, pro illa orbis terrarum contra infensatos. Quintus error est, quod putant necessarium esse, vt Romani Pontifices Petro doctrina, & moribus similes sint, vt eius successores dici possint, qua ratione necesse etiam erat, vt Mathias Iudaei cui successit, similis esset, quod dici sine risu non potest. Necesse etiam erat, vt Iudas Asia similis esset Apostolis, vt eandem aequi illi, Apostoli dignitatem retineret. At Apostolus esse non desit etiam tunc cum fur esset, & locus haberet, etiam tunc cum in mensa ditubens de vendendo Christo cogitaret, etiam tunc cum vendidisset, antequam suspensus creparet medius, vt significat Petrus A. Rom. 1. 18. Quemadmodum ergo Mathias, quia in Iudae locum electus est, quibus multo illo melior, verus successor eius fuit: ita Iudas, si in Mathias locum electus fuisset, quamvis multo illo peior, eius fuisset tamen successor. Fingamus Romanum aliquem Pontificem talem esse, qualem isti in suis concionibus solent pingere: fingamus esse Iudam; successorem Petri esse non desinit.

Et quod vnusque ligaueris, Hec etiam metaphoricam est, qua idem, quod duabus superioribus, significatur, super terram remittendis, aut retinendis peccata potestatem Petrum habuisse; nec enim eodem sensu, quo Petro, & atque alius Apostolis dicitur interprecatur, quod vnusque soluetis super terram, erit solutum, & in caelis; est vnde omnes auctores praeter Origenes in eadem fuisse sententia: sed eo sensu, quo super solum Petrum Ecclesia adificata est, quo soli datus sunt claus, vita ligat, vt nemo soluet; ita soluet, vt nemo ligare possit. Quod isdem argumentum probat potest, quibus supra probauimus Ecclesiam super Petrum adificatam, solique claus, id est, Ecclesie principatum datum esse. Queri autem solet in quo ligandi & soluendi potestas ista sit. D. Thomas in commentariis tres de ea re errores vitandos esse monet. Primus est eorum, qui arroganter pro suo arbitrio ligare, aut soluet, & quicquid iure, vel iniuria fecerint, ratum in caelo futurum esse. Et vero si quis in sola verba animum figat, id videbuntur pra se ferre, quod vnusque, inquit, ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quod vnusque solueris super terram, erit solutum & in caelis. At non ita est. Tantum enim voluit Christus Petro imprimis, deinde ceteris Apostolis vices suas in terris dare, vt facerent, quod ipse, si in terris esset, facturus erat, & eodem modo, quo facturus erat, vt ligandos ligarent, soluendos soluerent. Hoc tantum excepto, quod Christus propria, Apostoli alicui, id est, Christi virtute ligaturi erant, aut soluturi. Ex eo ergo ipso, quod suas illis vices tradidit, intelligit debere eos, non pro ipsorum, sed pro suo ipsius iudicio vel soluet, vel ligare; ita vt, quemadmodum recte Cyprianus ait, iudicatio Christi nemo praerudiet. Hoc est, quod Theologi dicunt, claus non errant. Secundus error est, ligare aut soluet, nisi alius eide, quam homines aut iam a Deo ligatos, aut iam solutos dequere, sicut in veteri legato sacerdotis leprosus neque faciebant, neque curabant; sed aut vere leprosus aut vere a lepra curatos declarabant, quemadmodum videtur hoc loco Hieronymus docere, ex quo nonnulli Theologi eandem hauserunt opinionem, vt Rabanus, quem D. Thomas citat, & quidam de schola posterioris, quod

